

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7286

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Aumale, Saint-Martin d'Auchy (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1181-1182]

**Lieu d'émission :** Argentan

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation des biens de l'abbaye de Saint-Martin d'Aumale.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCVII, t. 2, p. 210-213.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 210. Souscriptions de Sifroi, évêque de Chichester, sacré le 16 novembre 1180 à Cantorbéry, et de Gautier de Coutances, trésorier de Rouen, élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183 ; Henri II n'a pas été en Normandie pendant les premiers mois de 1183. Cet acte est ainsi antérieur à 1182.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, constabulariis, senescallis et omnibus ministris et fidelibus suis tocius terre sue, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse omnes rationabiles donationes que facte sunt Deo et ecclesie Sancti Martini de Albemarla et monachis ibidem Deo servientibus, sicut carte donatorum testantur, scilicet, ipsam ecclesiam Sancti Martini de Albemarla, ex dono Willelmi comitis de Albemarla, et alias ecclesias de Albemarla ex donatione ejusdem, scilicet ecclesiam Sancte Marie de Castello, et Sancti Petri et Sancti Lazari et Sancte Marie ultra aquam, cum decimatu et scol[is] et omnibus aliis pertinenciis suis, sicut carta ejusdem comitis testatur. Item, ex concessione prefati comitis, omnes decimas dominicatus sui, scilicet horreorum, vacarum, ovium, porcorum, baconum, caseorum, et decimam census domorum et ortorum tocius oppidi de Albemarla, et traversi et thelonei, molendinorum et furnorum, et decimam omnium piscium et ciborum mense ipsius comitis, preter carniarum recentium, et decimam omnium que navis predicti comitis de Anglia attulerit, que vendi possunt, decimam quoque duplicem de culturis ejusdem comitis, quicumque eas excoluerit, duos molendinos in Alceio, et duas culturas terre ecclesie Sancte Marie contiguas ; culturam unam subtus monasterium Sancte Marie, ultra villam et secus amnem, et unum curticulum cum hospitibus tribus ; hospites eciam qui sunt foris portam juxta vel

supra superiorem viam ; dimidium ruris quod Bertainmesnil dicitur. Nundinas quoque in festiuitate Sancti Martini, liberas et quietas, qualibet die euerint, monachis accipientibus quicquid de consuetudine thelonei vel alterius redditus inde provenerit, cessante etiam mercato de Albemarla, si ea die euerit ; communem etiam pasturam per totam terram predicti comitis, in bosco et in plano, ita liberam et quietam, ut nullus inde pasnagium vel aliam consuetudinem ab eis exigit ; silvam etiam de Moufflers ad quoslibet usus necessarios, ecclesiam de Villers, ecclesiam de Haudricurt, et elemosinam Roberti filii Ode de Wacluis, et dimidiam partem decime de Quirieres, ecclesiam Sancti Walarici, et ecclesiam de Belfresno, et ecclesiam Sancti Satur[n]ini cum pertinentiis suis, et ecclesiam de Allecurt, et ecclesiam de Flames, ecclesiam de Yslois cum omnibus pertinentiis suis, et ecclesiam de Villers ultra nemus cum duabus partibus decime, de Pulterii duas partes decime, decimam quoque de Blossavilla, piscium, porcorum, baconum, et decimam lane de ovibus prenominati comitis, decimam etiam omnium que comeduntur in curia ejusdem comitis, sive in Albemarla sive ubicunque in hac patria. Hec in Normannia sunt. In Anglia vero, ex donatione ejusdem comitis, omnes decimas dominicus sui, scilicet horreorum, vacarum, ovium, porcorum, baconum, caseorum et pullorum equarum ipsius comitis, ubicunque fuerint in Herdernessa, ecclesiam de Pagl., cum appendiciis suis, ecclesiam de Prestona cum capell[a] de Hed., et aliis appendiciis suis, ecclesiam de..., ecclesiam de Burtona Gamelin, ecclesiam de Wifornewit. (?), ecclesiam de Wagl., cum capella de Suttona et cum tota decima de Melsa, ecclesiam de Fromgueham, ecclesiam de Catello, ecclesiam de Marletona cum appendiciis suis, ecclesiam de Aldeburc cum pertinentiis suis, ecclesiam de Donestal, ecclesiam Sancti Petri de Thorna, ecclesiam Sancte Marie de Wifornesel cum capella de Holmetona et aliis appendiciis suis, ecclesiam de Esinthona cum capella de Neverthona, ecclesiam de Bristall., ecclesiam de Chinlesey, ecclesiam de Cahingueham, et decimas et capellas predictis ecclesiis adjacentes, et hospitem unum ad flumen Herdone ; quin etiam transitum Humbri ad opus predictorum monachorum et omnium illis servientium et ad omnia necessaria eorum, libere et quiete ; in Lindiseia ecclesiam de Baron, et decimam domini de Wiflesby, ecclesiam de Grosseby, et decimam domini de Aldolby, ecclesiam de Carletona, ecclesiam de Bicham cum omnibus appendiciis suis ; in episcopatu Norwicensi, ecclesias de Belestreda et manerium ejusdem ville, et terram de Saierlande, et quecunque ad manerium pertinent, sicut [carta] predicti comitis testatur, et ecclesiam de Affledetona, et decimam de Cardacra cum decima domini de Clopesona, sicut carta ejusdem comitis testatur. Item ex donatione predicti Willelmi comitis de Albemarla, molendinum Avenel. Item ex donatione et confirmatione ejusdem comitis et Roberti constabularii, unum mesagium datum Roberto incluso in Alceio, ubi Odo Frokemont manere solebat, sicut carte eorumdem testantur. Item ex donatione Ingerranni et Franconis filii sui, et confirmatione ejusdem Franconis, boscum de Aumont, cum terra et pertinentiis suis, et de avennis, de quibus avennis ipse Franco garbam accipiet quandiu voluerit ; totam etiam decimam de culturis et curtulis suis de Malassis, et totam decimam de Greinnun ; octoginta insuper jugera terre arabilis in feodo de Greinnun, de quibus garbam tantum accipiet quamdiu voluerit, et culturam de eodem feodo que est inter boscum de Aumont et boscum de Gohovilla ; medietatem etiam de mara Saucheuse, et medietatem districti quod est inter Aumont et campum Alvredi ; totam etiam terram de Valle Uscionis, et boscum de Corber., sicut Letoldus de Cabatoria eis dedit, unde ipsi monachi eidem Franconi reddere debent annuatim decem solidos Belvacensium, pro omnibus serviciis ; medietatem terragii culture juxta Sanctum Clementem, sicut Robertus de Gohovilla eis dedit. Item ex concessione et confirmatione Arnulfi Biset, predictam ecclesiam de Ailecurt, sicut carta ejusdem testatur, et medietatem veteris bosci de Morviler, et tria jugera terre predicto bosco contigua. Item ex concessione et confirmatione Hugonis de Oyri, duas garbas decime de Roupiel, quas Robertus de Coreaus presbiter tenuit, et unum hospitem in eadem villa cum mansura et curtullo qui ad eandem mansuram pertinet, sicut carta ejus testatur. Item ex concessione et confirmatione Eustachii de Oirival, terciam partem decime in Colreaus, et medietatem decime in Floscurant, et totam decimam unius quartarii, et medietatem decime alterius quartarii in Maisnil Fukelini, sicut carta ejus testatur. Item ex donatione et concessione Johannis comitis de Augo, mortuum boscum in foresta Augi, ad usum ignis ipsorum monachorum, et libertatem per totam terram ipsius comitis Johannis et vendendi et emendi et eundi et redeundi et portandi res suas et reportandi sive de Anglia sive de Normannia, sicut carta ejus testatur. Quare volo et firmiter precipio quod prenominati monachi omnia predicta habeant et teneant in liberam et perpetuam elemosinam, cum omnibus pertinentiis suis, bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, in ecclesiis et capellis, in terris et decimis et redditibus, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in pascuis et silvis, in aquis et molendinis, in stagnis et vivariis, in mariscis et piscariis, in grangiis et virgultis, in viis et semitis, infra burgum et extra, et in omnibus aliis locis, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum testantur.

Testibus : Henrico Baiocensi, Frogerio Sagiensi, Reginaldo Bathoniensi, Sifredo Cicestrensi episcopis, magistro Waltero de Constanciis Rothomagensi thesaurario, magistro Huberto Ebroycensi archidiacono, Willelmo Painel

Abrincensi archidiacono, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Rollando de Dinan, Ricardo Giffardi,  
Roberto Marmion, Hamone Pincerna.  
Apud Argentomum.